

2049-

K. Kierski
B.

Włodzisław

27
9. 1766.

59
S T E P H A N V S
I N M A G N A C H R Z A S T O W
W I E R Z B O W S K I
D E I E T A P O S T O L I C A E S E D I S G R A T I A
E P I S C O P V S
P O S N A N I E N S I S

V N I V E R S I S S i n g u l i s q u i b u s i n t e r e s t , a u t i n f u t u r u m i n t e r e s s e p o t e r i t s i g n i f i c a m u s .
S u p r e m o l i t a t N u m i n i , S u a u e o f f e r t c e l i s t h y m i a m , q u i s q u i s l a b o r e s u o p a r t a m
S u b s t a n t i a m , n o n i n p r o p r i a n o s t o t a l i t e r c o n u e r t i t u s u s , s e d i n s i g n u m r e c o g n i t i o n e m
S u p r e m i D E I O m n i p o t e n t i s D o m i n i j , a l i q u a m p a u p e r i b u s o f f e r t p o r t i o n e m . C o e n i m m o d o , n o n s o l u m i n t e r r i s d u m u i u i t , c o p i o s a m a D E O r e p e r i t
m e r c e d e m , s e d e t s o l u t a h a c m o r t a l i u i t a , c e n t u p l u m (t e s t e i p s a u e r i t a t e)
a c c i p i t p r a m i u m . N o n i m m e m o r h u i u s f u i t I l l u s t r i s & M a g n i f i c u s D n g
o l i m T H O B I A S M O R S T O N . V e n a t o r R e g n i P o l o n i e O s t r o l e c e n s i s
& C a p i t a n e u s : q u i d u m u i x i t , t a l e m h o n o r u m s u o r u m f e c i t T e s t a m e n t a r i a m d i s p o s i t i o n e m ,
u t T e s t a m e n t o s u o n o t a b i l e m p a u p e r i b u s r e l i q u e r i t p e c u n i a m S u m m a m
& p r o e x t r u e n d o n o u o H o s p i t a l i R e l i g i o s o r u m P a t r u m B o n i f r a t e l l o r u m B .
I o a n n i s D E I i n C i u i t a t e V a r s a u i e n s i s , a t q u e p r o s u s t e n t a t i o n e p a u p e r u m T r i g i n t a
m i l l i a f l o r e n o r u m P o l o n i c a l i u m l e g a u e r i t . V t a u t e m i d e m l e g a t u m m a i o r i u s
p o s s i t h a b e r e r o b u r & u a l o r e m T e s t a m e n t u m m a n u s a a a c I l l u s t r o r u m & R a d m o r u m
D n o r u m I o a n n i s S t e p h a n i W y d z g a V a r m i e n s i s & S a m b i e n s i s & N i c o l a i i n P r a z m o w
P r a z m o w s k i L u c c o r i e n s i s & B r e s t e n s i s E p i s c o p o r u m S u p r e m i j R e g n i P o l o n i e
C a n c e l l a r i j , A n n o M . D C L X I V . d i e u e r o X V M e n s i s O c t o b r i s s u b s c r i p t u m c o r a m
A c t i s M e t r i c a M a j o r i s R e g n i P o l o n i e r o b o r a u e r i t , & c o n f i r m a u e r i t . H a n c i g i t u r p i a m &

laudabilem Illmⁱ Dⁿⁱ Testatoris intentionem & ultimam uoluntatem, Illm^{is} & Ma-
gnificus D^{ns} IOANNES ANDREAS de Raciborsko MORSTIN Refe-
rendarius Regni Poloniae Zauchostens Kowalicens & S^{ac} gubernator, Frater Illmⁱ
Testatoris germanus, ac Testamenti Executor, uolens deducere ad effectum, ac ea quae
ad suum Officiū Executoriale pertinent, cupiens ad finalem deducere executio-
nem, coram Perill^o & Adm^o Rudo olim Mattheo Jagodouic I. V. D. Prono-
tario Apostolico, Plocens^{is} Warsauiens^{is} Pultouien^{is} Canco, Vicario in Spiritua-
libus & Officiali nro Generali Warsauiens^{is}, ac per Ducatum Masouiae S. R. M.
Secretario comparuit, & in termino ex literis Crida in Ecclesia Collegiata
Sancti Ioannis Baptiste Warsauien^{is} debite publicatis, ac successiue postea ex
Actis legitime incidentibus accusata Contumacia omnium & singulorum, Ius
aliquod & interesse ad Erectionem Hospitalis Noui Religiosorum Patrum Bo-
nifratellorum Beati Ioannis DEI in fundo Capitaneatus Warsauiensis,
seu ad Translationem eius de Leszno ad fundum & locum, pro eodem Hospi-
tali, in fundo Capitaneatus Warsauiensis designatum, se quomodolibet ha-
bere putantium et pretendantium, non tamen comparuentium, nec predictam
Erectionem seu Translationem impediendum, in eorum Contumaciam exposuit.
Quod ille ab Illm^o & Magfo D^{no} Ioanne Wielopolski Castellano Woj-
nicensi Warsauiensi & Capitaneo, pro extruendo Hospitali & Conuentu B.
Ioannis DEI fundum certum penes Palatium & Hortum suum, eundo ad
Oppidum Grzybow situm, in latum ad Cubitos Centum & uiginti, & in longum
secundum longitudinem Palatij sui, se extendentem, ac super eodem fundo Priui-
legium Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto die Tertii Men-
sis Iulij obtinuit. Successiue postea Confirmationem eiusdem Priuilegij, seu
Concessionis a S. R. M^{te}, D^{no} suo Clementissimo Anno eodem, die uero Se-
ptima Mensis Iulij impetrauerit. Item quod ille ex Summa Triginta
Millium florenorum Polonicarum per Illmum olim Fratrem suum, eidem
Hospitali B. Ioannis DEI nouiter extruendo Testamento legata, Sum-
mam Decem Millium florenorum Polonicarum, in Curia Regia Warsa-
uiensi, Feria tertia in Vigilia Festi S. S. Simonis & Iuda Apostolorum
Anno MDCLXIV, in Bonis suis Zlotniki in Censum
annuum

annuam receptiualem Octingentorum florenorum Polonicarum inscripse,
ut, et quod ille pro Summa Viginti Millium florenorum Polonicarum, ex Sum-
ma Triginta Millium florenorum Polonicarum restante, pro extruendo Ho-
spitali & Conuentu B. Ioannis DEI Religiosorum Patrum Bonifratel-
lorum in fundo superius specificato Summam Viginti Millium florenorum
exponere, ac pro eadem Summa Hospitale & Conuentum edificare submi-
serit. Insuper quod ille ad mentem & intentionem Illmⁱ & Magfi Dⁿⁱ olim
Fratris sui Fundationem, die Vigesima Septima Octobris Anno MDC.
LXV. scripserit, eamq; Religiosi Patres Bonifratelli Conuentus Warsauien^{is}
acceptauerint. Petiitq; a Nobis, quatenus eandem fundationem secundum men-
tem et intentionem Illmⁱ & Magfi Dⁿⁱ olim THOBIAE MOR-
STIN Venatoris Regni Ostrolecens^{is} Capitanei factam, una cum Iuri-
bus Priuilegijs, ac submissionibus, in ea contentis, autoritate Ordinaria
approbare, confirmare, ratificare, defectus omnes si qui sunt supplere, Ho-
spitale in fundo supra scripto Capitaneali Warsauiensi, Fundationis eius-
dem Illmⁱ & Magfi Dⁿⁱ olim THOBIAE MORSTIN Venatoris
Regni Ostrolecens^{is} Capitanei erigere, Hospitale ex Leszno, ad Ho-
spitale praedictum, nouiter extruendum transferre, idem Hospitale in Le-
szno, in aium extinguere. Onera & Obligationes, iuxta mentem Funda-
tionis imponere, ad illarum absolutionem, Religiosos Patres Bonifratellos
obligare, literasq; Approbationis, Confirmationis, Suppletionis, Erectio-
nis, Translationis, Exstructionis, Impositionis extradere dignaremur: Cu-
ius quidem fundationis per Illmum et Magnificum D^{num} Resseren-
darium Regni Poloniae Zauchostens Kowalien^{is} Gubernatorem scri-
pta, ac aliorum iurium in ea contentorum tenor sequitur et est talis.
IOANNES ANDREAS de Raciborsko MORSTIN
Referendarius Regni Kowalien^{is} Zauchosten^{is} Gubernator, Domi-
nus in Chorzelow, Zlotniki, Gory, Laziska & Sacra Regia M^{ttis} Con-
siliarius, intimus Cubicularius & Colonellus. Ad maiorem
DEI

Dei gloriam perpetuamq; rei memoriam. Non hoc precium
amicorum munus est, prosequi defunctos ignavo questu, sed quae uoluerint
meminisse, quae mandauerint exequi. Quod a Principe Ethnico dictum, eo exa-
ctius Christianis moribus commendatum esse debet, quo certiori lumine credimus
deserere defunctos officia nostra, et sentire suffragia. Si uero excedentibus uita cura
est futuri gloria, & terror ipse mortis, bonae intentionis pijs mentibus, non excutit
tenorem, eo magis dum uiuimus uigemusq; libertatem animi liberalitatem operum
testari, & uentura gaudia de presenti aucupari decet. Proinde cum Frater meus
germanus Charisimus, in Christo defunctus Dominus THOBAS de Ra-
ciborsko MORSTIN Venator Regni, Ostrolecten Gubernator, proximus
morti, per Testamentum die XV Octobris MDCLXIV. solenniter conscri-
ptum, & Actis Metrica Regni roboratum, & denique ad Forum Spirituale porrec-
tum legauerit, incipseritq; Religiosis Patribus, Fratibusq; Ordinis Beati Ioan-
nis DEI, dictis Bonifratellis, Summam Triginta Millium florenorum, ualoris
& monetae in Regno currentis, idq; ad fundandos eosdem Religiosos, in Suburbio
Warsauiensi uicini, extruendumq; Hospitale pro Infirmis, sub cura eorundem Pa-
trum & Ecclesiam in qua opera sua cubent. Et praeterea cum ego quoq; & Exemplum
Fratris mei pietate emulari cupiam, & cineres meos opibus eius cum quo coniu-
ctissimus uixi, iungere uelim. Ideo famulando gloriae DEI commodo Pauperum
Infirmorum, Ultra Fratris mei uoluntati, & propria proposito sequentem feci, facioq;
& statuo Fundationem. Ac primum quidem cum Illm^s & Excell^sissimus
Dnus Castellanus Woynicensis pro pietate sua, & ex promisso Fratri meo facto
locum et Aream ad dictum Hospitale Ecclesiamq; fabricandam concessit, atq;
Collationem hanc suam sub ratificatione S. R. M^{tis} scripto firmauerit. Ideo hanc
Aream in dicto Priuilegio latius expressam, iuridice apprehendi, & destinato
usui applicaui. Cuius Priuilegij & Confirmationis genuinus tenor, in latinum
translatum est talis. Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Polo-
niae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazouiae Samo-
ditiae Liouoniae Smolensciae Czernichouiae: Nec non Suecor^{um}
Gotthorum Vandalorumq; Haereditarius. **R. E. X.** Significa-
mus presentibus literis nostris, quorum interest uniuersis & singulis. Torrectas,

nobis,

61
nobis fuisse literas papyras, manu Magnifici Ioannis Wielopolski Castellani.
Woynicensis Warsauiensis Capitanei Nostri subscriptas, Sigilloq; eiusdem consi-
gnatas, sanas saluas, & illasas, omniq; suspicionis nota carentes, dimensionem
Aream certe, in fundo Capitaneatus Warsauiensis sita, ac Religiosis Patribus
Sancti Ioannis DEI, uulgo Bonifratellis Warsauiensibus data, & collata,
in se continentem. Quarum quidem literarum tenor de uerbo ad uerbum sequitur
& est talis. Ioannes de Pielskowska Skata Wielopolski Castellanus
Woynicensis Warsauiensisq; Capitaneus. Notum facio quibus
intereat. Quia ego conscius pie intentionis Illm^s Dni IOANNIS
ANDREAE MORSTIN Referendarij Regni, qui Fundationi Fratris
germani sui pia memoriae Domini Venatoris Regni, & suo proprio proposito satis,
faciendo intendit transferre & fundare Patres Bonifratellos Warsauiensibus in loco
commodiori. Ideo ego uolens augere cultum DEI, et habere partem meriti in
ista pia Fundatione, assignaui, discriminaui, & in realem possessionem tradidi.
Patribus Bonifratellis Warsauiensibus fundum certum in Suburbio Cracoui-
ensi Warsauiensi situm, & ad Capitaneatum Warsauiensem pertinentem, cuius
fundus talis est commensuratio. Primum latitudo eius debet esse ulnarum
Centum & uiginti; numerando ab Angulo Curiae, & Horti Dni Referendarij
Regni, et continuando, uersus Curiam Capitanealem secundum uiam ab Urbe,
uersus Grybouiam tendentem. Deinde longitudo eiusdem Aream debet
esse eadem qua est longitudo Curiarum & Hortorum Domini Referendarij
& pia memoriae Dni Venatoris Regni simul iunctorum, inchoando eam longi-
tudinem, ab eadem uia uersus Grybouiam tendente. Ita tamen ut haec Aream
ubiq; equaliter, id est ad ultra Centum et uiginti sit lata. Quod totum dono Pa-
tribus Bonifratellis, ad extruendam Ecclesiam Hospitale, & alias commodi-
tates illorum, secundum praedictam fundationem. Et nihilominus, ne proventus
Capitaneatus Warsauiensis & Bonorum Regalium pereant, assigno dictum
fundum sub onere & conditione, ut praedicti Patres Bonifratelli, ratione
huius Aream, soluunt Capitaneis Warsauiensibus, quotannis pro Festo Sancti
Martini Marcas decem; quamlibet Marcam per florenum unum & grossos
octodecim computando, idq; sub amissione Juris de presenti sibi ad hanc

arcam

Arca collati. Quae omnia fiunt sub Consensu & Confirmatione S. R. M^{ajestatis} Data
Varaviae die III^o Mensis Iulij M^{DC}LXV. Ioannes Wielopolski Castellanus
Wojnicz Capiteanus Varaviensis. Locus \dagger Sigilli. Supplicatumq; est nobis
ut easdem literas Auctoritate nostra Regia, approbare, confirmare, & ratificare
dignaremur. Nos igitur **IOANNES CASIMIRVS REX**, Sup-
plicationi huic, uti iuste benigne annuentes, praesentis literas, in omnibus ca-
rum punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus & contentis, approbamus
confirmamus, & ratificamus, huic literis nostris. Decernentes easdem, vim &
roborem perpetua & irrevocabilis firmitatis obtinere debere, Juribus nostris Rei,
publica, Ecclesiae, Catholicae salutis. In cuius rei fidem praesentes manu no-
stra subscriptas Sigillo Regni communiter mandavimus Datum Varaviae
die VII^o Mensis Iulij Anno Dni M^{DC}LXV. Regnorum nostrorum
Poloniae XVII^o Sueciae vero XVIII^o Anno. **IOANNES CASIMI-
RVS REX**. Locus \dagger Sigilli Regni. Vigore cuius Privilegij, dictum fundum
usui Immunitati Ecclesiae aggregatum, dicti Religiosi Patres, inuisibili iure
possidebunt. Super quo fundo promitto, & statuo fabricare Ecclesiam compe-
tentis Aucturae, tum & Hospitalis pro Infirmis, Maxionescq; pro Religiosis
Patribus, secundum Institutum et commoditatem Ordinis. In quam fabricam
impendam Viginti Millia florenorum, ex Summa Inventa Millium florenorum
a Fratre meo legata & inscripta: quae impensa in fabricam quolibet Mense
elapso, Religiosis Patribus exhibebitur, & ab illis uenficabitur, donec ad exolu-
tionem, & integram Summam Viginti Millium florenorum impensam peruentum fue-
rit, quo tempore de hac Summa integra Religiosi Patres me meosq; Successores
quietabunt. Et quoniam uerisimiliter hac Summa, tanta fabrica non est suffe-
ctura, ideo si necesse fuerit promitto & statuo, me id quod defuerit sumptus, ad
fabricam perficiendam, de meo peculio proprio suppeditaturum, & reliqua ad
commodum Infirmorum, & ornamentum Ecclesiae procuraturum, idq; tamen
ad solum beneplacitum meum meorumq; quod & de fabrica quoq; intelligen-
dum, cuius modus & dispositio in meo sunt arbitrio. In eadem Ecclesia sub-
struetur fornix subterranea, in quam transferetur Corpus Fratris mei &
in quo mihi, meiq; tantum separatim destino Sepulchrum Ita ut non sit

liberum

liberum Patribus sine Consensu meo Sepulturam ibidem cuiquam praebere.
Quod uero attinet residuitatem Summa a Fratre meo legata, uidelicet
Decem Millium florenorum, eam Summam coram Actis Castri Varaviae,
ensis inscripti Patribus praedictis super Bonis meis, sub onere soluendi
Censum Octingentorum florenorum quotannis. Cuius quidem Inscripti-
onis tenor est talis. Actum in Curia Regia Varaviensi, Feria ter-
tia in Vigilia Festi Sanctorum Simonis & Iuda Apostolorum Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo, Sexagesimo Quinto. Coram Offi-
cio & Actis praesentibus Castrensibus Varaviensibus personaliter
comparens Ill^{ustris} & Magnificus **IOANNES ANDREAS**
a Raciborsko **MORSTIN** Referendarius Regni sanus mente cor-
poraq; existens, iurisdictione sua quavis propria & competenti omissa, &
praesenti incorporatione facta, palam libere ac expressis recognouit uerbis.
Quia ipse Religioso Eustachio Biesiekurski, Priori Conuentus Ordinis
Sancti Ioannis Bonifratelli in Leszno ad Varaviam situati, nunc et
pro tempore existenti, totiq; Conuentui eiusdem Ordinis Sancti Ioan-
nis Bonifratelli Summam Decem Millium florenorum Polonicae,
um in et super Bonis suis hereditarijs Villa Ztorniki in Distri-
ctu Sandomiriensi sitis & iacentibus, una cum Censu annuo, modo infra
scripto soluendo, omnibusq; eorundem Bonorum utilitatibus, usibus, fructibus,
prouentibus, commodis, & obuentibus, arboribus, Curijs, adificijs, structuris,
granarijs, hollodijs, agris, pratis, campis, siluis, boruis, gajis, rubetis, ne-
moribus, indaginibus, aquis, stagnis, piscinis, piscarijs, flumijs, flumi-
nibus, torrentibus, riuulis, ac quarumuis aquarum decursibus, molen-
dinis, molen dinatoribus, subditis, Caethonibus, hortulanis, inquisinis,
eorum uxoribus, pueris, pecoribus, pecudibus, totaq; substantia & Sup-
pellectili eorum domestica, cunctis deniq; eorundem bonorum attinen-
tibus, & pertinentijs nullis exceptis, nec pro se, uel quopiam alio, aut
Successoribus suis reseruat, in uim tamen Reemptionis, alias na
Wydperkass inscribit, & assecurat (et hoc ad rationem Summae

Triginta

Triginta Millium florenorum Polonicarum per olim Magnificum THO,
BIAM a Raciborsko MORSTIN Venatorem Regni Testamento ulti,
ma uoluntatis legata & Actis Metrices Maioris Regni roborata, inscri,
pta & assecurata) a qua quidem Summa Decem Millium florenorum Po,
lonicarum, idem Magnificus recognoscens, suis cum Successoribus Censum
annuum a quibuslibet Centum florenis, per Octo florenos Polonicas pro
duabus temporum rathis, una pro die & Festo Sancti Martini Pontificis
uicelicet Quadringentos florenos Polonicas. Altera uero pro Festo Na,
tiuitatis S. Ioannis Baptista itidem Quadringentos florenos Polonicas
ad manualet predicti Religiosi Bieskievski, nunc et pro tempore existi,
tis Prioris Conuentus eiusdem quietationem predicto Conuentui Ordi,
nis Diui Ioannis Bonifratelli, quotannis se solutum submittit et inscri,
bit, sub Vadio eidem Censui correspondenti; Intromissionemq; iam exnunc
realem, in bona praetacta, tam summae principalis, quam Censui ab ea pro,
uenienti obnoxia, eidem Religioso Priori et eius Conuentui, Ordinis San,
cti Ioannis Bonifratelli, officiosam admittit. Insuper submittit se suis
cum Successoribus, idem recognoscens de supra scriptis alyis bonis suis Religi,
osum Eustachium Bieskievski Priorem Conuentus eiusdem Ordinis Sancti
Ioannis Bonifratelli nunc et pro tempore existentem, tam occasione bonorum
praetactorum, quam et ratione Summae principalis, ac Censui ab ea proue,
nientis, ab omnibus Inscriptionibus prioribus & posterioribus debitis uinculis
onibus, uniuersisq; impedimentis Iuridicis omnium & singularum persona,
rum propinquarum & remotarum, status, sexus & conditionis cuiusuis exi,
tentium tueri, defendere, euincere, & liberare, et ut Censum pacifice &
indilate percipiant, id ipsis semper praestare; Idq; sub simili uadio Decem
millium florenorum Polonicarum, in casu non completionis praemissorum
ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem uel quibus
uadio uel uady, taliter exinde succubitis, Citatus existens memoratus
Recognoscens, suis cum Successoribus, ex instantia praenominati Prioris

Conuentus.

63
Conuentus Sancti Ioannis Bonifratelli, nunc et pro tempore existentis,
ad officium Castrense Capitaneatus Sandomiriensis, tenebitur coram
praefato officio (foro suo quouis proprio ut supra omisso) semper in pri,
mo Iuris Citationisq; termino, tanquam peremptorio, peremptorie sta,
re, iuri parere, respondere, quia potius loco responsionis, Vadium
seu Vadia succubita soluere, quo uel quibus solutis, nihilominus In,
scriptioni sua praesenti in toto satisfacere, ac omne iudicatum Offi,
cij illius, de riore non exeundo pati, absq; omni dilatione, defensione,
exceptione, praescriptione, protestatione, euasione, motione et appella,
tione, eorumq; modo quouis seu per ad citationes quasuis prosecu,
tione. Felix Stanisewski, Vicecapitaneus et Iudex Casarum Offi,
cij Castrensis Warsauiensis. mppa. Locus & Sigilli Castrensis.
Ratione cuius Inscriptionis Religiosi Patres, quam pro soluto accipi,
unt, me de onere soluendi dictam Summam, Decem Millium floreno,
rum extunc subleuarunt, & liberum scripto pronunciarunt. Huius
uero ita factae fundationis respectu, Religiosi Patres & Fratres Or,
dinis Sancti Ioannis DEI, dicti Bonifratelli, obligarunt se & obli,
gant, promittuntq; tenere, sustentare, & curare Infirmos, eo numero cui
dicta fundatio, alia aliunde adfluentes, uel postea accessura suffi,
cere posse uidebuntur, idq; ea cura, & charitate, quam gloria DEI
amor proximi, & Ordinis institutum requirunt. Obligabuntur quoq;
Patres dicere Sacrum, unum, quolibet die Mercurij pro anima dicti
Fratris mei THOBIAE MORSTIN Venatoris Regni Jun,
datoris sui, idq; in perpetuum. Tenebuntur quoq; iidem Patres sin,
gulis diebus Sabbathi dicere Sacrum, quod in uita mea liberum e,
rit mihi; cuiusq; intentioni applicare, post mortem uero meam &
uxoris meae, idem Sacrum singulis diebus Sabbathi dicitur, pro
anima mea & Coniugis meae CATHARINAE de GOR,
DON, Marchionisse de Huntley. Obligant se quoq;
Patres

Patres, transferre Hospitale, & Mansionem suam, ex Suburbio Varša-
uiensi, vulgo Leszno dicto, prout loco disito & incommodo, in hanc Do-
mum Nova Foundationis, idq; prout consensus, & beneplacito Illmⁱ
& Radmi Dni' Episcopi Kitouiensis, qui dictam fundationem in Le-
szno inchoauerat, quem Consensum ego ipse procurare tenebor. Ita ut
Patres non amplius duos Conuentus, sed unum istum Nova Fundatio-
nis habeant & incolant. Fundus tamen ille & Mansiones in Leszno
restabunt in possessione illorum, tanquam Prædium Suburbanum
tantum, pro commoditate & usu Ordinis & Infirmorum. Que omnia
saluo Consensu S. R. M^{tis} Reipublice Illmⁱ & Radmi Loci Ord-
narij, aliorumq; quorum interest, ita ad maiorem DEI gloriam decisa
conclusa & conscripta, manibusq; tam mea, quam Religiosi Patris Fra-
tris Hyacinthi de Martino Prouincialis Ordinis, tum & Illustris-
simorum Dominorum Executorum Testamenti Fratris mei subscripta
& sigillis firmata, vim et robur perpetua, stabili, & irrevocabili Or-
dinationis, in omnibus contentis, punctis, clausulis, obtinere & habere
uolo, eaq; denique de presenti, à me in Foro competenti, & à Patre Pro-
uinciali, authoritate Radmi Patris Generalis sibi concessa, ac demum as-
sensu & suprema authoritate Summi Pontificis, utraq; parte iuncta
opera id procurante confirmabuntur & ratificabuntur. Huius uero
Instrumenti duo authentica confecta sunt exemplaria, quorum unum
penes Patres, alterum uero apud me aseruabitur. Actum
Varšauia die uigesima septima Octobris Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo, Sexagesimo Quinto. IOANNES AN-
DREAS MORSTIN. Referendarius Regni mppa. Fra-
ter Hyacinthus de Martino Prouincialis & Vicarius Generalis
licet indignus. Frater Benedictus Trzciński Sacerdos Consiliarius
& Secretarius. Frater Eustachius Biesickiński Prior Varšauiensis mppa.

64
Ioannes Wielopolski Castellanus Woyuicensis. Alexander Lubomir-
ski, Stabili Regni Praefectus. Ludouicus Waspowicz Dapifer Lom-
zensis. Loca Sigillorum + + + + quatuor. Nos uero attenta con-
tumacia omnium & singulorum, Ius aliquod ad dictam fundationem
eiusdem Hospitalis & Conuentus nouiter exstruendi Foundationis Ill-
lustissimi & Magnifici Dni' olim JOHANNIS MORSTIN
Venatoris Regni Polonia, Ostrolecensis Gubernatoris, & Transla-
tionem alterius de LESZNO, ad locum in fundo Capitaneatus
Varšauiensis situm, se habere putantium & pretendantium non
tamen comparentium, in eorum contumaciam, uisa fundatione per
eundem Illmum & Magnificum Dominum ANDREAM de
Raciborsko MORSTIN Referendarium Regni Polonia Zaui-
choensem & Koualiensem Gubernatorem, iuxta mentem & uoluntatem
Illmⁱ Dni' olim Testatoris, Fratris eius facta: tum uisus alijs Iuris
Priuilegijs, Inscriptionibus, Submissionibus in ea Fundatione contentis
iq; mature consideratis & ponderatis, eandem Fundationem & cum omnib;
inscriptionibus, priuilegijs, obligationibus, & submissionibus, ita prout in se
sonant. Tum et Inscriptionem Summa Decem millium florenorum
Polonicarum in bonis Zloturki in Curia Regia Varšauensi Feria
tertia in Vigilia Sanctorum Simonis & Iuda Apostolorum, in Cen-
sum annuum Receptionalem Octingentorum florenorum Polonica-
rum eidem Hospitali recognitam, authoritate Ordinaria approban-
dam, confirmandam, ratificandam, defectus omnes si aliqui intercede-
re possint supplendos, Nouum Hospitale Foundationis Ill-
lustissimi & Magnifici Dni' olim JOHANNIS MORSTIN
Venatoris Regni Polonia Ostrolecensis Capitanei erigendum. Aliud
uero in LESZNO antea existens, in perpetuum extinguendum, & ad
idem Hospitale nouiter erigendum transferendum esse duximus.
Prout

Prout quidem approbamus, confirmamus, ratificamus, supplemus, erigimus, et
transferimus per presentes. Quoniam uero in Fundatione per Illustrissimum
et Magnificum Dominum Referendum Regni Polonia scripta, Religi-
osi Patres Bonifratelli se ad absoluendas Obligationes in fundatione con-
tentas, obligarunt. Ideo eosdem Patres ac eorum quousvis Successores, eiusque
Conuentus et Hospitalis possessores, ad absoluendas eas Obligationes, obli-
gamus obligatorumque in perpetuum esse declaramus. Et quia in Hospitali
antiquo in Leszno, ac in Coemeterio eiusdem Hospitalis, Corpora
Christi fidelium in Dno mortuorum requiescunt. Ideo idem Hospi-
tale in priuatum Oratorium seu Capellam transmutamus. In qua ut
quolibet die Dominico Sacrum Missae Sacrificium, per aliquem Pre-
sbyterum absoluat, iniungimus, statuimus, et ordinamus. In cuius
rei fidem presentes manu nostra subscriptas, Sigillo nostro communi,
re mandauimus. Datum Varsoviae Die 27. Mensis Septembris.
Anno Domini. M. D. C. L. X. VI.


Stephanus Wierzbowski
Episcopus Parnanensis



Carolus Fabreski
Aussé Regis Polonae
Pulchri



RKP 1226/35



H.

